IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 61v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



et confirmasti me in pnicia tua stabiliter in eternu ad dexteram tuam collocando

Hinc Benedictus dominus deus israhel a seculo et in seculum nos aut amen amen respondemus

Psalmus 4 In quo monetur fidelis sic ne seculi tristicia retrahat eum a desiderio eterne vite

Vox fidelis ad deum desiderantis

Quemadmodum cervus vexatus a venatoribus et calefactus desiderat fontes aquarum ut sitim et estum extinguat ita anima mea demonu temptacionibus et malis seculi afflicta desiderat venire ad te deus

Sume desideravit anima mea ad deum fonte vivu unde omnia bona fluunt cupio plane dissolui quia sitio in hac peregrinacone sitio in cursu huius vite saciabor in adventu eius sed qn veniam et apparebo ante faciem dei i qn erit dies illa qua exutus vinculis corpis pnter conspectui eius

Iterum aut dum curro dum peregrinor siue in prosperis siue in aduersis Desiderij mei lacrimas fundo que lacrime non media sed sacietatem intulerunt nec in merito quia fletus ille cibus est animaru corroboratio sensuu ablucio pctorum refectio mentiu lauacru culparum fuerunt insup michi lacrime panes dum improperando et insultando dicitur a paganis fidelibus ubi est deus tuus veniat et liberet te

Nec recordatus sum s' improperia infidelium dicentiu ubi est deus tuus et hac occasione quesiui meditatus per omnia uisibilia si p ea inuisibilia cognoscerem creatorem meu et cum hoc non ostendebatur quia solum inueni